Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1015
Quelle:
Copyright:

In cuius edificio
Talis extat fundacio.
Iaſpis colore viridi
Vigorem prefert fidei
Que in perfectis omnibus
Nunquam marceſcit penitus.
Cuius forti preſidio
Reſiſtitur dyabolo. &c.

Feſto OO. SS. aut Dedicationis Eccleſiae alicubi olim adcommodatum fuiſſe putem. In *G. Caſſandri* Collectione non comparet; editus vero eſt inter Carmina *Marbodi* Ep. *Redon.* cum *Hildeberto Cenom. Pariſ.* 1708. p. 1679. f.

IV. *fol.* 38. absque Titulo Declaratio quorundam Chriſtianae Fidei Capitum contra *Saracenos*, *Graecos* et *Armenos*, quae incipit: *Beatus Petrus apoſtolus Qui promiſſionem accepit a domino vt ſuper eius confeſſionem fundaretur eccleſia* &c. Eſt *Thomae Aquinat.* et *Tertium* Opuſculorum edit. *Rom.* 1570. T. XVII. *fol.* 48. p. 2.

V. *fol.* 53. Epiſtola *Aen. Silvii* ad *Petrum* quendam, quem *Noxetanum* habeo, ad quem etiam VII. Epiſtolas Ejusdem in Bibl. *Riccardiana* extare teſtatur Catalogi ejus Editor *Joh. Lamius* p. 8. data *ex Baſilea XII. kal. iunij M° CCCC° XXXVII°.* et e *Cod. Caeſ.* vulgata a *J. Dom. Manſio* T. VI. *Supplem. Concill.* p. 598. Ejus initium: *Eneas ſiluius Petro ſuo ſalutem. Credo me non ſolum heri mei reuerendiſſimi* &c.

VI. *fol.* 64. *Incipit tractatus Bonauenture de corpore chriſti et de preparatione ad eius deuotam ſuſceptionem Ritamque celebrationem miſterij miſſe.* Adi *Cod.* DCXLVI.

VII. *fol.* 74. *Hermanni de Schildis* O. Erem. S. Aug. *Weſtphali* Libellus de Adminiſtratione Sacramentorum Baptiſmi, Euchariſtiae et Poenitentiae inſcriptus *Speculum Sacerdotum* et dicatus: *Uenerabili in chriſto ac domino gracioſo Gotfrido dei gracia eccleſie Osnaburgen. epiſcopo* &c. Unde liquet compoſitum fuiſſe intra annos 1323. et 1349. quo *Godefridus* hic *Bremenſibus* datus eſt Archiepiſcopus. Editus eſt Sec. XV. *ſ. l.* et *a.* 4. item *Venet.* 1480. De Autore agit *Oſſingerus* in *Bibl. Ord.* poſt *Trithemium*, *Fabricium* &c. Vide et *Indicem.*

VIII. *fol.* 85. *Incipit Tractatus de proprietarijs Religioſis Editus per Magiſtrum Hainricum de haſſia doctorem Sacre Theologie eximium In Wienna regentem.* Initium: *Pro ſalute eorum qui vicia fugere cupiunt, cum ad ueritatis viam fuerint reformati* &c. Indicatus *Codd.* variis, ut in *Indice* notantur. Exemplo praeſenti ſubjectus eſt Annus 1419. et *iohannes Küſſinger.*

IX. *fol.* 98. *Hic introducuntur perſone duorum videlicet deflentis hominis et ammonentis Racionis.* Incipit Homo: *Anima mea in anguſtiis eſt. Cor meum fluctuat* &c.

Excerpta